

1239, maig, 9

*Joan Guinard, de la Garriga de Roses, i el seu germà Bernat venen a la casa de Santa Margarida de la Garriga i a la seva procuradora Garsendis un hort situat al terme de Roses, indret del Prat, per 14 sous.*

ASD núm. 125, perg. orig., 130 x 180 mm.

Sit notum omnibus quod ego Iohannes Ginardi de Garriga de Rodis et frater meus Bernardus, simul per nos et per omnes nostros uendimus domui Sancte Margarete de Garriga et uobis domine Garsendi, eiusdem domus conuerse et procuratrici et omnibus aliis dominabus et conuersis eiusdem domus presentibus et futuris in perpetuum unum ortum nostrum ab integrum quem habemus et tenemus in parrochia Sancte Marie Rodensis, in laco qui dicitur Pratum, et afrontat ab oriente in alio orto Sancte Margarete, et a meridie in orto Giraldoni, et a circio in orto de Arberto, et unam partem illius uinee arrabassate quam habemus apud Garrigam, in parrochia Sancte Marie Rodensis sicut determinatur per términos et per fitas ibi positas, que pars affrontat ab oriente in bosco de Garriga, et a meridie in campo Sancte Margarete, ab accidente in carraria publica. Sicut a predictis affrontacionibus dictus ortus et pars siue partida dicte arrabassate includuntur, cum .exitibus et ingressibus suis et cum omnibus suis adempramentis et cum omnibus in eis habentibus eisque quocumque modo pertinentibus et cum omnibus melioramentis qui ibi adsunt uel proinde fieri poterunt, ad omnes uestras uoluntates perpetuo faciendas uendimus uobis pro alodio francho pro precio .XIIII. solidorum malgoresium, quos a uobis recepimus, renunciando excepcioni pecunie non numerate, et si plus ualet hec uendicio de hoc precio uel ualebit, totum uobis dono, renunciando illi legi qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subuenitur, mitendo uos in presenti in .corporalem possessionem uel quasi, ad habendum et faciendum inde quicquid uolueritis, et promittimus uobis dictam uendicionem semper facere habere et tenere in pace pro alodio contra cunctos homines, et promittimus nos teneri de euictione et nos ante dictam dominam et sorores eiusdem loci in placito et in iudicio et extra ponere cum nostris missionibus contra omnem per.sonam ibi aliquid .conquirentem, obligando inde uobis omnia bona nostra ubique. Et ego Pareta, uxor dicti Iohannis Ginardi, laudo hec omnia supradicta et iuro super sancta .nu. Dei Euangelia me nunquam contra predicta uenire.

Actum est hoc .VII. idus madii anno Domini .MCCXXXVIII.

Sig+num Iohannis Ginardi, sig+num Bernardi eius fratris, sig+num Perete uxoris dicit Iohannis, qui hec laudamus. Sig+num Dalmacii de Garriga, qui predictam uendicionem laudo et firmo pro alodio, diffiniendo domui Sancte Margarete et sororibus eiusdem presentibus et futuris ius meum et dominium quod ibi habeo et habere debeo aliqua ratione. Sig+num Iohannis Trobati, baiuli qui hoc firmo. Sig+num Lupi de Palaciolo de Nous. Sig+num Iohannis de Bosqueronibus, testium. Sig+num Assaliti, tutoris dicti Dalmacii de Garriga, qui hoc laudo.

Sig(s. *man.*)num Guilielmi Petri, publici Castilionis scriptoris, qui hoc scripsit.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 256-257